


Johannes Mautner


J. Mautneri P. Curia Rostochiensis Anagrammatica : Item Mantissa

Rostochi[i]: Rostochi[i] . Kilius: Sumtu Hallerfordiano, 1636

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72739729X>

Druck Freier  Zugang





PI



Cg-1671¹⁻¹⁰



Universitäts-
Bibliothek
Rostock





3

J. MAUTNERI P.

CURIA

ROSTO-
CHIENSIS

Anagrammatica.

Item

MANTISSA.



ROSTOCHI,

Sumtu Hallerfordiano,

Impressit, NICOL. KILIVS Acad. Typogre

cl. l. cc. XXXVI.

NOBILIBVS, AMPLISSIMIS,
& *Consultissimis VIRIS,*
DOMINIS

CONSULIBUS,
SYNDICIS, &
SENATORIBUS,

Inclite celeberrimæ, ROSTOCHIEN-
SIVM *Reipublicæ.*

S. P. D.

MUnus Vobis offero,
ROSTOCHIENSES; seu debi-
tum potius devotæ pietatis cul-
tum exsolvo, quem partim Virtutum Vee-
strarum, partim Vestri erga me beneficii
magnitudo, non mereri solum; sed & pro-
pmodum exigere videbatur. Annos ab
hinc, nî fallor, jam factum est quatuor,
cùm tranquilliores Patriæ meæ terras re-
linquens, in peregrinum hunc Orbem,
studiorum gratiâ, me præcipitavi.

):(2

Ubi

Ubi cū primū miserandam illam
Germaniæ faciem adspexissem; hæsiti, at-
tonitus armorum insolenti strepitu, cru-
disq; subindē Martis & Bellonæ tumulti-
bus, imò diu perstiti cunctabundus, in-
quæ me potiùs latibula conjicerem. Sau-
romatæ nondum à veteris Fortunæ labo-
ribus respiraverant, & novas jam immi-
nentis mali vices metuebant. Saxones
turbabantur. Bohemi sub antiquæ cala-
mitatis jugo gemebant. Austriacorum
tam bello quam pace, spectata virtus per-
varios casus exercebatur. Bavaros, Suevos,
finitimasq; gentes, eadem premebat tem-
pestas, cæterarum non multò benignior
fuit fors & conditio. Hinc turbata pul-
cherrimarum Rerum publicarum forma;
violatus Urbium flos; Academiæ decus
sublatum. Hinc exturbatus suis sedi-
bus Apollo, palantesq; per *deserta & in-
hospita res* quæ Musæ, tuctū, cordibus, & in-
digno squalore conficiebantur. Quid fa-
cerem? Belgas tum præcipuè, quietos, &
Artium Litterarumq; gloriâ, cum aliis Po-
pulis de palma certantes, salutare, nec sum-
tum

tuum tenuitas, nec aliæ causæ, permitte-
bant. Longius iter meditari prorsus erat
absurdum. Barum igitur absuit, quia
(quod desperatis in rebus usu venit) ha-
stam pro calamo arripiens, militiæ me-
novus tiro, mancipassém, sed irritum vo-
luerunt tale propositum Superi, æquo-
remq; mihi mentem inspirârunt. Tenta-
re nempè libuit, num, ad Varni ripas por-
tum aliquem mea invenire fluctuatio.
Nec vana me spes habebat. Rostochium
enim ingressus, mitiorem tam vitæ, quàm
studiorum, fortunam sensi. Vos proindè
Tutelares Urbis Deos, tacito cultu, pere-
grinus hospes, adoravi. oppidò miratus
Virtutem vestram, quâ tum Rempublicâ,
variis impetitam machinis; tum Acade-
miam, in flore vigorèq; suo, inter tan-
tas bellorum vicissitudines, divino propè cõ-
silio, sustentatis. O Vos cœlitus huic Pal-
ladio datos custodes! alias actum esset de
Vestrâ Trojâ. Hic ergò ad præsens usq;
tempus, inter suavissimos Musarum am-
plexus, quievi. beatum me prædicans, cui
sub umbrâ Vestrâ, non solum in studiis a-

);(3 ali-

aliquousq; progredi; sed & Maximorum
Virorum (quos ego, Numinum instar, quā-
diu vixero colam!) favorem & gratiam
sentire, datum sit. quiq; (ut paucis dicam)
apud Vos bene à Bonis, habitus fuerim.
Quod si forsan aliquorum hominum opi-
nionē, inter studiosos rei litterariæ cultores
& amatores, non omnium postremus
censeor; id Præceptoribus quidem meis,
quorum ductu & auspicio, relictis nunciis,
sublimioribus studiis inhiare cœpi, singu-
lariter debere me fateor: magnā tamen
ex parte Vestræ quoque curæ ac protectioni
gratum & acceptum fero. Accedit præ-
ter officium istud, etiam privata non nul-
lorum ex censu Vestro benevolentia, seu
hospitalitas; quam abundè sum expertus.

Multum igitur apud animum meum
deliberavi, quodnam talibus in me meritis
inter usurium reponerem. nō quasi meum
nomen tabulis expunctum vellem; sed ut
publicè testarer, magno me Vobis ære ob-
strictum esse. Aurum & argentum non
habeo. Præter enim jejunas aliquot char-
tas, nihil possideo divitiarū. Quare num-

mariam suppellectilem à me nullam ex-
spectate. Scitis qualibus donis, paucos an-
te menses, Præceptorum meorum aras ad-
oleverim. Quâ in re quoniam non omni-
nò lusi operam, quod ipsorum erga
me benignitas, omni spe major, prolixè
comprobavit: visum est simile quid Ve-
stro quoq; cultui destinare Assumtis itaq;
nominibus Vestris, periculum facere cœ-
pi, num ex eis aliquid, dubiarum admini-
culo sortium, extrahere possem, quod ad
Vestram famam & commédationem per-
tineret. Arduus hercle, nimiumq; mo-
rosus; & (u, quod res est, dicam) non ra-
rò coactus ac illepidus labor. Quia tamen
id genus scripta, etiam melioribus longè
poetarum vigiliis anteferri, communi
fermè lectorum vitio, deprehenderam; in
proclivi fuit, cōjecturam facere, quid pre-
tiii seu ponderis, apud populum sint habi-
tura, quomocunq; succederēt, quæ mo-
liebar. Nec ineptum fuit tali negotio tem-
pus. Erant enim tunc dies (ut vulgo vo-
cantur) Caniculares; quibus philosopha-
ri nefas ajunt, qui ex nimio studio capitis
ver-

vertiginem metuunt. Tandem igitur laudibus Vestris feta mens, presentem partum enixa est. quem, more Spartanorum, actum frigida immergo; hoc est, publicis expono censuris: ut viribus ejus exploratis, aut robustum; aut nullum habeam. Qui si sub Vestri Nominis patrocinio, vim atq; injuriam livoris sustinebit in fractus, vitalis erit. Admittite, quaeso, tenellam ad Vestram clementiam; neu placidas illi manus porrigere dedignemini. cujus ego curam ausus sum mihi de Vobis polliceri. Si spes haec minimè decollabit, praestitisse me non nihil arbitrabor, ex quo, si non utilem nimis; certè haut omninò ingratum, me fuisse Civitatis Vestrae hospitem, seu inquilium, cognoscatis.

Valete Musarum Fautores Magni! & inclitæ huic Reipublicæ diu salvi atq; incolumes praeste: eamq; regite inter hos fluctus, praecunte & gubernante supremo illo Nauctero! Dabam è Museo meo
IV. Kal. Septemb. Anno d. Ioc. xxxvi.

VV. DD. additiss.

J. MAUTNERUS,
Pannonius.

AMICO LECTORI.

SENATUM Rostochiensem,
tibi exhibeo, Lector; ut, quoniam **LY**
CEUM nuper ex me cognovisti, &
CURIAM inclite Rosarum Urbis non
ignores. Principum & Ducum illustria Nomina,
Regumq; venerandam Majestatem

Illis relinquo, quorum imagines lambunt
Hederæ sequaces.

satis uberem exercendi styli materiam me nactū
puto; licet ab hac Musarum augustā sede pere-
grē non excurram. Utinam illi, quibus hactenus
honorem & cultum deferre studui, condonent ju-
venilem fiduciam; nec tam audacia in me, quam
virium & ingenti exemplum desiderent! Ut ut
sit, scias me, Lector, famam isto genere scriptio-
nis apud te non aucupari, abundē votis meis satisfac-
cisti, si gratitudinem erga superiores meam, ex
hisce conatibus, agnoscu. Sicubi lapsus sum, tua
humanitas erit, veniam dare mea renuitati;
quam & agnovi semper, & non semel sum palam
professus. Deat tamen operam, ut, praeier dele-
ctum, major etiam in hoc libello sedulitas elu-
ceret. Singulas sortes eō direxi, ut, quorum No-
mina versabam, eorum **LAUDES**, quā fas esset,
attingerem. Nimirum jam olim ineptum judi-
cavi, quo quid, talibus in studiis, extra hunc sco-
pum ferrē videbam. Abluit forsā in quibus-
dam acies nostra, neq; conveniens cuilibet perso-

ne præconium attribuit? Scito, non ex omni
ligno vel posse, vel debere, Mercurium ex-
sculpi. Sensus perspicuitatem curiosa ubiq; di-
ligentia quæsit. Aberfor scilicet illorum homi-
num ingenia, qui Bæotica nobis ænigmata lo-
quuntur: quiq; totis viribus in id incumbunt ni-
micum, ut ne cuiquam prodesse velle videantur;
quin potius fidem faciant posteritati, se torque-
re lectorem, quàm delectare maluisse. quorum
tunc demum felices ac beatæ charæ, si in Oedipū
aliquem inciderint. Quanquam eo sunt hodie
pleriq; lectores animo, ut non admodum deside-
rent scire, neq; anxie scrutentur, monstrorum
obscuritatum latentes sensus & abscondita my-
steria: pueniunt se bellæ defunctos officio suo, mo-
dò majoribus id genus somnia cachinnis excipia-
nt. Hic clara habes, ceu opinor, omnia. Hinc
etiã factum putabis, quòd passim exegeset ana-
grammatum neglectæ, in earumq; locum suffecta
sint carmina, non omninò discrepantia. Sed nec
licentia quicquam, hac in parte, quod sciam, da-
tum, nisi quòd τὸ Η semel atq; iterum posthabui:
populari nixus opinione, qua non littera, sed ad-
spiratio duntaxat, esse perhibetur. Tu, si contra-
rium sentis, perpendas mihi velim, quot vocabu-
la, Saxonēs isti maritimi K vel C puro scribant
& enunciunt; quamvis eorum natura CH depos-
cat, sufficiens excusandi mei habebis argumentū.
Pythagoreum elementum per I simplex reddidi,

CHW

cum id bene multa voces, ex Græcia in Romanum
translatæ forum, suadeant. Alias minutias non
adduco. Te, pro candore tuo, humaniter oro atq[ue]
obtestor, ut nō alium ad conatus nostros animum
adferas, quam quem tute de lectoribus tuis ausis
tibi polliceri; id est, æquum. Dabis locum huic
petitioni Lector. bene me sperare jubet favor tu-
us, cujus aura suaviter mihi spirare cœpit, quæ si
hunc etiam libellum afflaverit, salutem ei spon-
debo; sin minus, præsentissimam perniciem. Sola
quippè illa potest festinatos ingenii mei partus a-
nimare, projectoq[ue] recens abortui, quam suapte
naturâ non habet, vitam impertiri. VALEBIS!
Et quicquid acumine styli, quicquid Typographi
manu, perperam patratum offendes, id tuam et
industriam castigabis, refinges, interpolabis.

Præsertim.

SEQUENTIA.

A. 2. vers. 11. lege partibus. A 3. pag. averta, vers. 12
lege vastare. A 9. vers. 3. pro iterque, Interq[ue]. B. 4. pag.
aversa vers. 8. Crambe. B. 5. vers. 1. nefas est & scelus.
B. 12. pag. averfa vers. 1. pro Rostochiensis, lege Rostor-
chius. Lapsus Orthographiæ leviores, quicquid item
in accentibus & distinctione commissum aut omis-
sum est, facile, vel non monitus, emendabis.



Ad

Ad Dn. J. MAUTNERVM,
Poetam excellentem, & Philologum eru-
ditissimum.

Centum alii scribant Mautneri. Anagrammata: non
Inventus tibi qui praestiterit paria, (dum
Sic Fortuna tuo respondeat aurea voto,
Ceu quadrant propriis singula nominibus!

PETRYVS LAVREMBERGIUS,
D. & Prof.

ROSTOCHIANA tibi, cum tam sit CVRIA cura,
Illa tui etiam rursum, lanc. geret.

Boni ominis ergo posuit

M. IOH. STEINIUS,
Pastor ad D. Nicol.

Joannes Mautnerus.

Anagramma.

An vives ter M. annos?

CVr dubitem, non est nam si ROSA culta poetam
Te fecit tantum, CVRIA quid faciet.

Aliud.

An es à Numine ortus?

Nescio quid dicam, Partur mortalia corpus,
CVRIA divinum sed probat ingenium.

PETRYVS MEDERVS, Czyd,
Saxo, Transilv.

J. MAUTNERI PANNONII

CURIA

ROSTOCHIENSIS

Anagrammatica.

Rostochium

Anagramma

Cor hostium

REatus ille, qui procul periculis,
Fretus Deorum Numine,
Secunda vela, prosperis successibus
Transmisit irato mari:
Et monstra, passim per fretum natantia,
Fluctusq; risit turgidos.
Nec impeditus Africo quidquam truci,
Et sевientibus Notis,
Infame saxum, triste navigantibus,
Securus adspexit, malum.
Non ille tristi cor gravat suspirio;
Non mæsta fletu lumina:
Sed, delibatis gaudio precordiis,
Indulget almis cantibus.
Quales ROSARUM nobilis Republica,
In aurea pacis sumo

Sao

Suo refundit Sospitatori, Deo
Ter Optimo, Ter Maximo.
Dum gratiosa Numinis presentia,
Enavigavit horridis
Ex bellicorum fluctibus tumultuum,
Portus gaudet prospero.
Nec praeda cessit aliter sacra Jovis,
Vel à Leonis unguibus
Est sauciata. quin utrumq; sic sibi,
Divinitate praevia
Prudentioris consilii, pulcherrimo
Confederavit fœdere;
Ut non inepte dixerit, qui dixerit
Rostochium Cor hostium.
Aliud.

Hic murô sto.

Non me facultas ulla, non potens manus,
Non ulla vis mortalium,
Inter furentes Martis horridi minas,
Et replicata praelia,
Tranquillitatis aurea caelestibus
Beavit hactenus bonis.
Jehova turris est mihi fortissima;
Hic murus est aeneus.
Qui praeliorum savientes impetus,
Discordiaq; semina,
Sopibit ante quam receptis viribus,
Et fertiori robore.

In

In damna l'et a pacis, alitius sola
Caput levarent noxium.
Ergo quietis invidenda fructibus,
Et pacis amplexu, fruor;
Benignitati cœlitum fidens, & HIC
STO cincta MURO duplici.

Aliud.

Mucro hosti.

Facesse, quicquid est ubiq; fulminum;
Quicquid furoris bellici.
Deus Deorum pro meis stat partibus.
Quis huic valit resistere?
Quia ô miselli nos; quid, inquit, sumus.
Homunciones, cum Dei
Si conferamur præpotente dextera?
Nil, imò, quàm nihil minus.
Reges in ipsos Magnus ille Rex habet
Jus vimq; longè maximam.
Quævis potestas altiori subjacet
Deoq; cedunt omnia.
Qui dum salute pro meâ vigil excubat;
Et me benigne protegit,
Quicquid minarum Martius spiret furor;
Et ira trux nocentium;
Id omne cedit in bonum mihi. Nam mala
Quæcumq; cum Deo duce,
Sat auspiciatâ perdomo victoriâ:
Hostique mucro sum meo.

A 2

Cor

CONSULES

Anagramma

NOS LUCES

Orbem terrarum turpi caligine prorsus
Immergi coeli lucida signa vetant.
Nos luces patriam claris virtutibus Urbem
Nō finim⁹ pulchræ laudis honore mori.
Deme polo stellas, Vrbi populoq; Senatū:
Æqualis facies Orbis & Urbis erit.

Marcus Tanckius, Consul Rei-
publicæ Rostochiensis,

Anagramma.

Næ primus iste Consul, sic hic
in Vrbe, ac Sol, coruscat.

Haut est inanis ista gloriatio,
Haut est iners præconium.
Quo Consulares Musæ prosequi Viros
Voluit in ipso limine.
Paucis probatam rem tibi, Lector, dabo,
Si teste forsan indiges.
Ne primus iste Consul hic in Vrbe sic,
Ac Sol coruscat aureus.
Ut ille princeps luminum cœlestium
Illustrat Orbis machinam.

Et, lucis almae splendidum fundens jubar,
Umbras silentos discutit.
Nec vota poscit; nec diu mort alium.
Exspectat anxias preces;
Ut ex Eois erigat sese plagis,
Et cuncta luce compleat:
Sed sponte fulget, sponte promicat sua,
Et, ceu benignus Juppiter,
Gratis amœnos exhibet vultus sui,
Diem ministrans omnibus.
Sic iste plausus non moratur, aut preces,
Et vota supplicantium:
Sed auspiciatæ copiam præsentia,
Lubens & ultro porrigit:
Ac universis consulens probè viris,
Ceu Phœbus alter, anteit.

Marcus Tankius Civis & Consul
Reipublicæ Rostochiensis.

Anagramma.

Hic sapiens, curis suis, ac recto con-
filio, Urbis clavum tenet.

Utin proterbo Nævium Rector mari,
Furente sævo turbine,
Irata quando, post quietem longam, Thetis
Vultus resumit hosticos,
Et concitata ceruli Ponti freta
Aquis tument surgentibus:

A 3

N 2

Non ejulatu, non acerbis fletibus
Parum virilis nania:
Aut otiosa, negligens rei, proce
Inclamat aversum Jovem:
Sed mulcet ore pallidos, & erigit
Turba trementis pectora,
Vt horibusq; ceteris cordatior,
Immotus instanti malo.
Tenens utraq; mobilem clavum manū,
Ad alta spectat sidera:
Si qua benigna nocte lux appareat,
Quā clarus Orion cadit:
Illudq; toto corde voluit unicum,
Dum fertur incerto mari,
Exercitatas ne peccat Syrtes Noto,
Saxis & illidat ratem.
Neu turbulentus Ausfer atris fluctibus
Fractos rudentes differat.
Sic praesul Urbis, Antecessor Civium,
Reiq; publica Pater,
Tranquillitatem quando Patria serox
Vastare sortis impetus,
Et inquietis excitare grandinem
Procella tristis occipit:
Non impotente verberat lingua Deos,
Aut languidis suspiriis
Complet theatra: sed novo conatibus
Medetur anxiiis malo,
Et efficaci provida manus ope
Res fluctuantes sublebat.

Scit

Scit nempe, curis rem gerit, scit masculis
Fatum retundi viribus.
Scit quod supinas respuant Dii preces:
Laboriosas audiant.
O quantus ille! quam procul Vulgarium,
Secretus à cœtu virum,
Quotquot secundis rebus inter sericos
Jacere pulvillos amant;
At cum benignus vertitur rerum tenor,
Et exiit priscae vices:
Urbem relinquunt: subtrahunt caput malis,
Communi oblitum boni:
Domesticisq; consulentes usibus,
Fidem profanant publicam.
Non sic ocellus Consulum, decus ROSÆ,
Plebis corona, Tanquam.
Quin vitè clabum publicæ rei tenet,
Curisq; fascēs temperat.
Et sic ructur Consulis nomen boni:
Quod nomen ipsum non tacet.

Aliud.

Hic verè Pacis ac Juris custos est:
sic Vrbi non malè consulit

HÆ sunt columna, sustinentes Urbium
Florentium fastigia:
Pax alma, Jus, Lex, Æquitas, Concordia,
Veriq; cultus Numinis,

Pacis

Pacis togata dulcis est possessio,
Et usus utilissimus.
Nil possidetur pace fructuosius;
Damnosum nil interit.
Pax rebus una praevalet carissimis,
Gemmisque praestat omnibus.
Pax firmat Urbes, pace fabri ferreas
Munitiones erigunt,
Struuntque muros, & stupendis molibus
Sublime Vallum suscitant.
Pax nutrit Aequum, pace vires obtinet
Legum verenda dignitas.
Tunc rus colono pareat, & vindemia
Dives redundat copia.
Tunc ad beatas insulas audax iter
Negotiator suscipit.
Tunc Phoebus hymnum, tunc Dea novensiles
Poema pangunt muscicum.
Tunc muscorum dulcis exultat chorus,
Et suade concinit melos.
Obansque festo turba virginum pede
Exercet inum pulverem.
Sed cum furens Mars tollit efferum caput,
Et sebet atro turbine;
Miscentur imis summa: nec mort alium
Tenore prisco res eunt.
Turbatur ille pulcher ordo Cibinum,
Sternuntur alta moenia,
Astra a terras linquit; exulat Themis.
Haeret nobale depreibus.

putrent

Putrent carinæ. Mons sacer Phæbo flet;
Mæstæq; lugent Gratia.
Paucis: remotâ pace, nulla gloria,
Et nullus est mundi decor.
Jam verò par & Juris est necessitas,
Et Equitatis aureæ.
Legumbe, quæ sunt Civitatis vinculum,
Et Vita publicæ rei.
Ut absq; mentis intima præsentia,
Ex sanguine corpus corrui:
Sic absq; legum copula dissolvitur
Communitatis unio.
Facente lege, non domestici lares;
Non Urbis ulla firmitas
Constare; non vis gentium, non ætheris
Terreq; compages valet.
Quid multa? pulsus legibus, suum parens
Natura linquit tramitem:
Informe totus Orbis induit chaos,
Nullusq; rebus est color.
Tandem Deorum cultus, & Concordia
Beata restant munera.
Sed quæ politis non egent multum legis
Et dictione splendida.
Dea favente, dexter est quibus labor,
Et cuncta prospere cadunt.
Conatus omnis fallit, & spes quelibet
Decollat irato Jove.
Non vis aperta; non dolose machinæ;
Non astus & suniculi?

LXXXII

Luxant fidem Civium concordiam,
Nexasq; mentes invicem.
Non impetu, nec fraudulentis viribus
Unita virtus frangitur.
Quae contumacem ridet insolentiam,
Manumq; fortem despicit.
O te virorum, Marce, praestantissimum!
O te beatum Consulem:
Qui Pacis almae, Juris, & Recti, vigil
Custos & anxius clues.
Sic omnis auctor, omnis instaurator es
Tranquillitatis. Nam, quia
Duabus illis emines virtutibus,
Ultrò sequuntur caeterae,

Aliud.

I, tu ô Consuleissime Vir; sic cunctis
in hac Vrbe Roseâ places.

Semper habet magnam solers prudentia laudē,
Consiliumq; viri quisq; sagacis amat.
Cura Magistratus plausumq; decusq; meretur.
Non aliâ populi queritur arte favor.
Qui meritis studioq; sibi debinxerit Urbem,
Illum perpetua plebs pietate colit.
Firma manet meritis nitens conjunctio. nec tam
Jussa minaq; ducem; quam benefacta, jubant.
Exemplo, Tanki, perhibes haec omnia vibo.
Clarâq; praesentia das documenta rei.

Dum

Dum, quantum Patria studeas prodesse saluti,
Perpetuis curis officioq; probas.
I, felix animi: tali virtute deinceps
Egregium pulchri carpe decoris iter,
Ne dubita: sic tu, Vir Consultissime, cunctis
Hac Rosa (populum testor) in Urbe places.

Joannes Lutterman Con-
sul Rostochiensis.

Anagramma.

En iste non malus hic in
Rosâ Consultor est.

NEC nomen illi, nec celebrem gloriam
Boni Magistratus merent,
Qui cuncta solis pollicentur viribus
Valentioris dexterae.
Prudentia res postulant magna geri:
Inanis est vis corporum,
Quam nulla mentis temperat sagacitas
Et nullus ingeni vigor.
Flocci potestas est tumultuaria;
Inersq; languet impetus.
Multas cohortes una paucorum virum
Pessundedit sententia.
At imperita turba tanto majus est,
Quanto furentius malum.
Nihil laeritii referunt, nihil manus;
Nil robur, atq; copia;

44

N

*Ni dirigantur ritè consulentium
Deliberationibus.
Hinc illa felix & beata Civitas,
Cui litterati president.
Quando potentes sunt Minervæ filii,
Quando Magistratus sapit,
Tunc floret Urbium status; tunc omnia
Dextris cadunt eventibus.
At cum peponem cordis in loco gerunt,
Nullo calentem sanguine,,
Et in cerebri sede fungum sustinent,
Omni carentem spiritu;
Illicet acerba fata subditos premunt,
Pacemq; turbant publicam,
Suis & ipsa viribus moles ruit,
Tremenda nuper exteris.
O Civitates, ô celebres Curie,
Adeste! Varnus vos citat.
Ad actiones providas Rostocbium
Vos ducit exemplo suo.
Sic quippè rebus providet semper suis.
Ut inter orbis splendidas
[Quæ Vasta cete Baltico ludunt mari]
Extollat Urbes verticem.
Ubi serendos nemo fasces obtinet
Effeminatus, aut iners.
Sed quisquis usu pollet, ac identidem
Sanis abundat sensibus,
Illum curulis sella non ingratis
Mollem recepat in sinu,*

Talis

Talis secundus Praeses, hoc in ordine

Lutterman, audit, Consulum.

En iste rerum gnarus; & sic non malus

Hic in ROSA consultor est.

Aliud.

Iste Scl. lucens in annis, ornat

hoc ROSETUM.

UT solis illud splendidissimum jubar

Ornat Jobis magni domum,

Quando serenum mane restaurans diem;

Noctis repellit nubitas,

Et puriore luce turbidum chaos

Pallentis umbra discutit.

Sic iste sol ac sidus Urbis patriæ;

Et stirpis inclitæ decus,

Lucens in annis, hoc ROSETUM splendido

Virtutis ornat lumine.

Quantum nitenti gemma fulgens, annulo,

Aurigæ splendor, purpuræ;

Tantum Joannes iste Lutterman deus

Addit ROSARUM Curie.

Non ille lucem Civibus negat suam;

Non abdit aureum caput;

Sed lustrat omnes; omnibus pius senex

Vultu benigno luminat.

Scit nempe munus hoc suum, scit se Deo

Patriæq. natum; non sibi.

Lex equitatis est, ut Urbis commoda

Jubare, qui valet, velit.

A 7

in.

Ingratus ille Cibis est, qui publicum
Nobis, sed hanc curat, bonum.

Aliud dupl.

Tu hinc nites, ô Rosa; nec non
omnes illustras.

Et stans in claro culmine ho-
noris, notus es.

PRome serenatos hinc de pectore gestus,
Cor & voluptas Cibium

Luttermann! viden, quam fors arrideat aqua,
Faveantq; cœlites, tibi?

Non Animi dotes, non à te Corporis absunt
Ditiſq; Fortunæ bona.

Est interna tibi, nec non externa venustas;
Est feta Pæſtolo manus.

Quæve ſolent aliàs concedi ſingula raris,
Tu poſſides hæc omnia.

Hinc quoties arctæ res adjumenta requirunt,
Tu amq; poſſulant opem.

Promptus es auxilium præſtare, tuiſq; ſalutã
Prodeſſe donis publica.

O quam te vellem meliori dicere Muſã,
Ferre, per laudes tuas.

Quam vellem calamo, ſtudij torrentis ad inſtar,
Epos vibrare metricum:

Sed me deſtituit facundi a diſces & uber,
Concinnitasq; muſica.

Quid, quod opus non ſit te tot virtutibus autũ?
Et eminentem, dicere?

Notus

Notus es ingenio Vir ; notus es arte regendi,
Mentisq; gnara dotibus.
Namq; nites, & stans in honoris culmine claro,
Versu meo non indiges.
Tollo manum, tabulamq; sino : cum longius ire
Splendor tuus me non sinat.

Bernhardus Clingius Con-
sul Rostochiensis.

Anagramma.

Hic solers, nunc dignus est
claris honoribus.

Quamvis ubiq; gnava diligentia
Modus gerendæ sit rei.
Nam sola rectè sub manum succedere,
Quæ sobriè fiunt, solent.
Et vanus omnis, absq; mentis sedula
Attentione, sudor est.
Considerandum tempus est negotii;
Consideranda qualitas.
Tunc admovenda fortis & solers manus,
Favente cælitus Deo.
Subiecta sunt cuncta diligentia
Ut quisq; rem gerit suam,
Sic cedit illi. Nil agunt, incuria
Qui confici res autumant.
Labor supinus vilet, & parùm juvat
Res acta perfunctioriè.

Pe-

Peculiaris est tamen magnatibus
Solertiae necessitas.
Torpere non est Consulare, scilicet
Sublimis illa dignitas,
In qua recumbit publica rei salus,
Non oscitanter vult geri
Oportet, ut sint usquequaq. providi,
Qui Civitati praesident.
Ut praecavere quodlibet sciant malum;
Sciant tueri commoda.
Talis ROSARUM tertius Consul, viri
Famam meretur, Clingius.
Hic nempe solers, Urbis ad clavam sedet,
Industriaq. nobilem,
Et actione, promovet Rempublicam.
Hinc aestimatur maximi,
Clarissq. doctes mentis ob rarissimas,
Nunc dignus est honoribus.

Bernhardus Clingius, Patritius
& Consul Rostochiensis,
Anagramma.

Hic, non rudis, Jus colit; re aptus
est nostris gubernaculis.

A Mente corpus sensibilem sui motum,
Ab arte sed mens accipit. Quid est, quae
Pectus laborans inscientia, visum
Nisi cadaver; imò mortua mentis
Quoddam sepulchrum? Nullus absq. Virtute
Ad efficacem dexter est gradus vitam.

54.

Sapienter ergò providet sua fama,
Decus ROSARUM, Clingius, gravis Consul,
Iterq; Patres pulchra gemma Conscriptos,
Qui non iners; sed eruditus apprimé,
Colit verendum Jus, & omnibus cure
Insigne præbet Consularis exemplum.
Frustra suo vult abdicare se coctu.
Re namq; nostris aptus est gubernaculis.
Sed absit illud, absit, ejus à mente,
Urbem paterne qui tuctur; & maubus
Laborioso fungier magistratu,
Quàm se, solutus astuantibus curis,
Damno malisq; publicis viam sternat.
Qui diligenter aestimans in hoc casu
* Digesta † Codicemq; Civium votis
In Consulatu vixit, & precor vixat!

* lib. 50. t. 4. l. 9 & t. 5. l. 1. seqq.

† lib. 10. t. 47. 48. 49. seqq.

Aliud.

Hic non lubricus; sed re constans;
Gratiis politus Vir est.

Non acquiescit pectus illud eniheum
In laudibus, quas attigè.
Bernhardus, inquam Clingius parum putat;
Ditto frui præconio,
Quin, ut decoris, ceu decet, virtutibus
Sit absolutus undique;
Curis labore maceratis indies,
Artisq; pulchro lumini,
Et perspicacis dotibus solertia,
Adjungit integram fidem,

Et

Et dat probatam. Quippe non est lubricus;
(Quambis id isto tempore
Politicoꝝ pessimi mores putent
Civilitatem maximam,)
Sed ore constans, regē. Talem scilicet
Proferre lingua convenit,
Pectus latens in intimis qualem foveet
Præcordiis sententiam.
Consensus oris atq; mentis optima
Dos & suppellex est viri:
At inter omnes cibium nebos nihil
Est corde duplo turpius.
Bernhardus Clingius, Civis atque Con-
sul Reipublicæ Rostochiensis.

Anagramma

Hic Consulibus Plebiq; charus, Legis san-
ctiones, juris ordine curat.

Seu quis probati querit exemplar Viri,
Mores & æquos diligit,

Seu mihi pectus; aut terrorem regule.
Miratur in mortalibus:

Seu dona lingua; sive perspicaciam,
Acriusve mentis indolem:

Seu comitatem Vale; Sinecessus graves,
Videre: spectet Clingium.

Non illa tantum (quæ citavi transiens
Labore desultorio)

Virtutis omnis aſt, in hoc, imaginem.
Videbit exactissimam.

Et

*Et hoc fateri sufficit de Clingis.
Non addo quicquam, ne rudes
Angustioris inficitias styli,
Audens quid ultra publicem.*

Nicolaus Scharfenbergius Ju-
ris Utriusque Doctor.

Anagramma

1. Tu ingens Orator, clarus civis
Urbis Forique decus,
2. Qui Rostochi, ut carbunculus,
foras in Jus egrederis,
3. Consulatus tui, Urbis, Forique,
curas in corde geris.
4. In hoc Urbi gratus, incolis cordi
eras, futurusque es,
5. Quandiu fase es Urbis, honoris
Recti cultor, vi geris.

*S*at imitatum ceterorum laudibus.
*Quamvis satis nunquam queat
Virtus eorum predicari, quæ nihil
Divum negarunt Numina.*
*Devolvor ad te, QUATUOR VIRUM decus
Lumens, Te nunc ordior
Desideratum. Quis mihi linguam Deus
Lepore tinget Attico?
Quis tersioris elegantias styli
Fædens Apollo suggeret?*

Ut

Ut te merentem, doctiori carmine,
Beate Mæcenas, canam;
Tuumq; nomen intuendum posteris,
Æternitati consecrem?
Ne te futuri (si futuri sunt tamen
Ulli) nepotes nesciant.
Quinimò mentis magnitudinem tua,
Dotēsq; longè plurimas,
Et dona, quorum floret in te copia,
Mirretur et æs subsequens.
Ades: meiq; vela carminis, tuæ
Favoris aurâ promove,
O perbetusta gemma stirpis & domus
Columna Scharffenbergia:
Dignus profectò, dignus es, cui, quâ licet,
Deserviat meus labor.
Tacebo jam nunc Patriæ famam tuæ,
Nec non avorum gloriam:
Tacebo pictas (qua quidem re plurimè
Se jactitant) imagines.
Non firma semper claritatis est nota,
Nasci bonorum sanguine:
Nec tam parentum splendor ad verum decus,
Quæsit a quam virtus, facit.
Præstat parari, quam creari, nobilem;
Atheniensis quod Solon
Dixisse fertur. Clarior sit cæteris,
Virtute qui præstantior;
Sinistra rite cui mamilla subsilii,
Et pectus arte dives est.

Hæc

Hac ergo sponte praeferibo, quae tuis
Accepta fers majoribus.

Citabo solum pauculis, à nemine,
Quae commodata sunt tibi.

In Juris amplà praeditus scientia,
Tenes utrumq; Codicem.

Quid Imperator, quid Novellae; quid vetus
Recensq; sancitum, velint:

Quae iussa Regum; quae ebe Plebifficita sint;
Quae sint Statuta principum,

Decreta, Leges, Institutaz deniq;
Praescriptiones caterae:

Provinciarum quae ebe constitutio;
Qui mos & usus gentium:

Hac, Nicolae, ritè constant omnia,
Probèq; nota sunt tibi.

Quid usus ille, quem peregrinatio
Tibi parabit plurimum?

Quid os disertum, semper eloquentia
Fluens lepore melleo?

Te Pallas aequatè Dea nobensiles;
Suadela, Gratia, Venus,

Enutrierunt mox ab incunabulis,
Et consecraverunt sibi.

Quibus magistris divitem prudentiam
Nunc promissè cordis penu,

Et mille lingua, mille cultis moribus,
Ostendis elegantias,

Quid ore possis comprobabit militata
Tumultuosa factio,

quae

Quam mota super excitaberat cohors,
Caco furoris impetu,
Quae sic quiescit ad tuam praesentiam,
Ceu mota ventis aequora,
Euri ferocis quando contumaciam
Compescuit freno Deus.
Hinc nemo dicet, quod precario mibi
ORATOR INGENS audias.
Majoribus qui testimoniis egent,
Debent adire Curiam,
Non illa, quae jam dicta sunt, vox Cigium
De te negabit publica.
Sed nec minor laus à labore provenit,
Curisq; publicis tibi.
Ille medullas cordis exedunt tui,
Tuasq; vires atterunt;
Somnesq; rumpunt, vellicantq; perpetuis
Blandae quietis otia.
Ut comitatis, atq; mansuetudinis,
Modestiaeq; maxima
Et hospitalis dona benevolentiae,
Perspecta multis, & mibi,
Manusq; nunquam non apertas indigis,
Silentio praeterbebar;
Satis superq; ceterarum notus es
A copia virtutum,
Sed has relinquo, verba me quandoquidem
Jam teritata deserunt.
Sat est fateri, quod tua laudis decus
Enunciare non queam.

Syn.

SYNDICI

Sic pauculis est expedita lineis

Gravium quadriga CONSULUM.

Prolixiora si quis expetit, sciat,

Et pauca quod placent Deos.

Nec aestimanda sint opes poeticae

Ex copia; sed pondere.

Ad te proinde, cultor idem, transeo,

Par SYNDICORUM nobile,

Par auspiciatum, par favens, & optimè

Cupiens saluti Civium.

Quis copulavit Vos Deus? sic cum suo

Polluce junctus Castor est.

Hoc ergò munus, pauperemq; victimam

Vestras ad aras affero.

Johannes Sibrandus, Juris

Utriusque Doctor.

Anagramma.

Tu quintus es Vir decoris

honoribus radians.

Sibrande Rhetor Urbis hujus, Artium

Jurisque callentissime,

Patrone, Fautor, Advocate publice,

Interpres off. Civium,

Megaspolensis splendidum ROSÆ decus,

Exemplar optimi viri.

Li.

Libenter intro laudis orbitam tua;
Famaq; campum nobilem,
Quamvis nec aquis adsequar te passibus,
Nec admodum prompto pede.
Non defuturum nempe confido meo
Locum penes te cultui,
Quem corde, mente, voce, persolvo tibi
Devotus & parvus cliens.
Tu quintus es Vir inclitis honoribus
Micans in ista Curia.
Vir expeditus ore, consilio celer,
Manu paratus & stylo,
Nulli secundus arte, par cuilibet;
Virtute cedens nemini.
Qui scripta, fastos, codices, diaria,
Monumenta, commentarios,
Annaliumque qualibet volumina
Nosti, tenesq; firmiter.
Qui scita calles optime, Quiritium;
Decreta, consuetudines,
Legesq; primis Urbis incunabilis,
Latas ab ipso Romulo;
Nec non quid olim Juris obserbaverint
Prisci Cureses Numaq;
Plato, Lycurgus, Chalcidenses Thracii,
Carthagenenses, & Scytha:
Quid Trismegistus, Bochorus, Minos, Draco,
Solon, Zeleucus, Clisthenes,
Pluresq; legum conditores, sanxerint.
Vel si quid est antiquius.

Acci

Accedit illa Suada lingue, melle
Fandi lepore perlita,
Et dictionis auree quàm plurimus
Cultus, venustas, lux, color,
Quibus perituses rei domesticam
Augere pulchritudinem,
Forensiumq; jurium negotia
Tractare subtilissimè.
Tandemq; virtus, que vetat ne sordeas
Ingratus ulli maximo.

Johannes Sibrand, Juris
Utriusque Doctor.

ANAGRAMMA.

Quid? non rude virtutis
fanioris cor habes.

Non hercle bellam, fano; sed bellissimam
Hereditatem possides:
Dum pro metallis splendidog; pulbere,
Virtutis ostentas decus.
Inter stupendas res enim mortalium
Virtute nil est pulchrius.
Virtus decora, nobilis, venustula
Est virgo, quam qui nactus est,
Is non recusat; imò plus desiderat,
Magnos labores perpeti,
Et ferre quidvis. Namq; fructus illius
Menti perennis insidet,
Qui prestat auro; prestat unioibus;
Græsi talentis, & Midæ:

B

PIC

*Pra quo Tagus, Paeolus, Herms, Noctua
Sunt Lauriotica nihil:
Qui suavis olim manat, & mollissima
Somni quiete dulcior.*

Antonius Woltreich,
Juris Doctor.

ANAGRAM.

**Hic ore notior, Con-
sultus Vir audit.**

Woltreichium dic, Musa, posthac Syndicum
Fidelitate nobilem;
Doctum, disertum; mente, lingua, moribus,
Cultum, politum, divitem.
Qui mox in ipso flosculo puertiae
Artes honestas imbibit,
Scientiaq; pectus ornavit; capus
Ad altiora sublebens.
Qui multa regna transiens, exoticos
Ritus notabit gentium:
Ut posset olim, si volent Di. serid
Prodesse publicae rei.
Belle potitus spe sua. Nam gloriae
Sublime culmen attigit,
Interq; mystas & Sacerdotes locum
Diva Themistos nactus est.
Vir ore notus; quemq; singulariter
Sermo rotundus afficit.

Stm

Sententiis adstrictus; at prudentia
Subactus haut parco sale.
Cui copiosus ille fluxus, anxius
Fucatus arte Rhetorum;
Scitissimarum clausularum fertilis,
Crispata, levis, dictio;
Pigmenta, succi, flos, lepos, tapetia
Conchyliata, displicent:
Et quicquid usquam, sive lingua, seu stylo
Lasciviente, gignitur.
Hinc aequitatis atq; juris omnia
Sub aequilibrium vocat,
Tenensq; nuda veritatis regulam;
Solet, quod est res, dicere.
Vir corde purus, mente candidus, supra
Cretam, papyrum, lac, nivem.

Antonius Wolreichius, Juris Doctor.

Anagramma.

Is, dictus Vir, honore claro notus vivit.

Proximum meditabar epos, multisq; volebam
Delineare laudibus

Te, non postremum decus Urbis, o inclite fama
Praconioq; Syndice,

Sed mihi peniculos excussit Apollo, manumq;
Repressit, ista suggerens:

Is notus claro vivit, vir dictus, honore,
Tuisq; metris non eget.

Ergo manum teneo, nec quicquam molior ultra,
Tu sive felix, & vale.

B a

SE-

SENATORES.

VOsetiã nunc, ô Rosei præclara Senatus
Lumina, carminibꝫ cõdecorabo meis.
Ut, quã prolixè meruistis, ab hospite vestro
Possitis gratæ mentis habere notam.
At verò forsan, quę sint mea vota vicissim,
Quæritis & quæ nã spes mihi pectꝫ alat?
Nõ opulenta mihi spõdebo præmia. felix,
Si pietas vobis ista placebit, ero.

Nicolaus Wineke, Senator
Rostochiensis

Anagramma.

Hic non secus ac Sol ori-
ens suavi ore nitet.)

Jurè Senatoris decorat te gloria primi,
Delicium VVinichi plebis, & urbis amor,
Ingeniũ dotes fecerunt amplaq; dona,
Ut tua Patronis proxima sella foret.
Hinc etiam per te magni vegetantur honores,
Et patria crescit luxq; decusq; tua.
Tu tenebras abigis. Nam suavi non secus atq;
Sol oriens (id enim fors ait) ore nites.

Epigramma.

Sensus hic est, VVinichi, long è clarissimus, unde
Versus ut cumulem, non opus esse reor.

At

*At, si non Dabus ratione; sed Oedipus essem,
Unica res minimè praterenda foret.*

*Est aliquid commune tibi cum Consule primo:
Sors quoniam vobis par anagramma dedit.*

Nicolaus Winichius, Senator
Reipublicæ Rostochiensis.

Anagramma.

*Næ hic Juris civilis custos, non
caret suavi plebis honore.*

*S*ervare Jus & Equitatem, maximum
Est in magistratu bonum.

*Virtutis omnis summa seu compendium,
In his duobus clauditur.*

*Ab his duobus Urbium felicitas
Dependet omnis, & quies.*

*Per fas & equum sceptrum, majestas, decus,
Throni, corona, purpura,*

*Virgæ, securæ, sustinentur. omnia
Illis jacentibus ruunt.*

*Major potestas, absq; jure prædix
Tyrannis est ipsissima.*

*Abominandum nomen est injuriæ,
Quam nemo sanus diligit.*

*Iniquitatis perpetrator & mali,
Deos amicos non habet.*

*Fas jusq; versum semper autores sui
Demergit infernâ Styge:*

*Contrâ beatæ spem salutis possident,
Qui prater æquum, nil amant.*

B 3

Hinc

Hinc & Senator iste, Cibium decus,
Honore suavi non caret.
Qui Juris audit, probidus, solers, vigil,
Custos, patronus, & pater.
Per equitatis aureæ curam, suis
Nam se probabit cibibus.

Christianus Befelin, Senator
Urbis Rostochianæ,

Anagy.

Hic benè stat, o solers Vir, in
his causis non aberrat.

Postquam Senator primus expeditus est,
Suumq; munus abstulit;
cepti laboris, jus & ordo postulat,
Ut ad secundum transeam,
Nec hic honore, sive cultu rectius,
Mei carebit carminis.
An hunc opellâ debet à fraudâ vero?
Prohibeat equus Juppiter,
Ut antedertat ulla segnitias, modè
Hujusce gratitudinem.
Nolim pudendi me silentii reum
Alter, vel alter, arguat.
Illum Rosarum plurimis Respublica
Opponit unum Cibibus.
Qui tam forense, quàm Camænarum decus
Cum laude summa sustinet.

Qui

Qui multiformi pollet arte, seu sagum
Fortuna poscit, seu togam:

Sen concitata litibus magnis foras
Clamore bulgi perstrepunt.

Qui non aberrat debios in tramites
Ab aequitatis regula,

In iudicanda lite controversa,
Contrariisq; partibus.

Quinimò solers, & politus moribus,
In hac corona fiat bene.

Christianus Beselin, Civis
atque Senator.

Anagr.

Quis est hic? insons vitâ,
& labe carens vir.

ET laudis omnes, & bonorum, copias
Hic Christianus possidet,

Qui labe purus, qui scelesti criminis
Insons vir est, & integer.

Tranquillitatis mater innocentia
Et omnis est boni parens:

Contra malorum fons patens iniquitas,
Gurgessq; pestilentia.

Scelus nefandum, crimen atrox, neminè
Impunè transit noxio,

Et si securi, culeo, cruci, rota,
Fortuna multos subtrahat.

Ut umbra corpus, semper à tergo reos
Sequuntur ultrices Dea,

B 4

Vic

Vibitq; vermis ille conscientia;
Et est medullam pectoris.

Jacobus Crullius, Sena-
tor Rostochienfis,

Anagramma.

Hic bonus consultor, aliis
seriò carus est.

Bis cocta crambe forsàn hac non nemini
Laudatio videbitur,

Reciprocata quæ mihi redit vice,

Ex hoc, & illo, nomine,

Culpabit hanc rem lector affectus male,

Nasutus, ater, insolens;

Carpendo qui plus Lynceo videt, licet

Intelligendo talpa sit.

At verò quisquis Mentis est amans Bonus,

Dabit meis hoc laudibus.

Quid? anne quisquam vellet, adversà meus

Ut fronte concurrat labor;

Illumq; nigro sortis, illum candido

Impertiamur lemmate?

Oportet, una laus sit illis, quos idem

Secrebit à vulgo decus.

Et tu, Jacobe, jurè consultor bonus

Audis, & es. Nam si malus

Consultor esses non adesses glorie

Et dignitatis hunc gradum.

*Ad quem nefas & scelus est, aditum malis
Patere consultoribus.*

**Jacobus Crullius, Civis atq; Senator
Reipublicæ Rostochiensis.**

Anagramma.

**Hic vir, otio carens, laboriose publi-
cas civilesq; curas sustinet.**

Semper decoris occupationibus
Negotioq; nobili,

Dextram virilem diffineri convenit,

Semper laboribus suis

Vacare. Non est otiaandum. Nam malis

Fomenta præbet otium.

Per hoc nefandas itur ad libidines,

Luxumbe detestabilem.

Per hoc & auras aucupamur gloria,

Et delicate paschimur.

Per hoc aniles cordis estuario

Exurgit amus fabulas,

Et digna templo verba Depudentia

Salace lingua promimus.

Illud beatas delet Urbes funditus,

Regnisq; ponit linitem;

Et plus secundis rebus obstat, quam manus

Vis ulla sanguinaria.

Prudenter ergo Crullius facit, quia

Somnis & otio carens,

Parum quietas publice curas rei

Laboriose sustinet.

*Sic Civitati charus est, sic peccator a
Deo, pax omnium juos,*

Cuno Sibrant, Civis & Sena-
tor Rostochiensis.

Anagramma.

Hic non socors civis, o satis
bene res trutinat.

Humana vita, ceu palastra perpetua
Est in laboris pulvere.

Optima mensis anxius mortalibus
Cura subinde provenit.

Molestiarum, moestitudinis, crucis,
Mensura non est & modus.

Adversus omnem sortis inclementiam
Est velitandum, quamdiu

Haurimus auras, ipsa, ne desit malo,
Natura cunctorum parens,

Pro matre nobis fit noverca. nec minor
Est hostis intra, quam foris.

Ergo paranda cuilibet mortalium
Aegna cordis firmitas;

Paranda mens est, tristibus periculis
Estuq; frangi nescia;

Paranda fortis est negotio manus,
Rei gerenda non rudis,

Sudare semper, semper ultra progredi
Virtutis in via decet.

Mens

Mens alta nunquam conquiescit otio,
Putrig^z somnolentiâ.
Noctu diu^z diligentem dexteram
Exercet improbus labor.
Effeminatus est, iners, & semivir,
Natus culinae muniis,
Qui stertit ulnas inter (à campo procul),
Somniculose Murciae.
Non absq^z zelo, gloriam quarentibus,
Omnis movendus est lapis.
Contentione diminuta, qualibet
Praeclara friget actio,
Et nulla palma desidem socordiam,
Nullumq^z foenerat decus.
Novit Senator quartus isthac singula,
Altaq^z mente pervidet.
Qui dum coronam, debitam sudoribus,
Civilis ambit gloria,
Perfert labores Civitatis arduos,
Socorsq^z non est ac jacens.
Et, ut laboret fructuose, quamlibet
Acutius rem judicat.
Id nempe munus est Senatoris boni,
Prodesse qui vult ceteris,
Ut mentis aqua lance cuncta ponderet,
Et providè quidvis agat.
Nil optimates tam aecet, quam si prius
Deliberent res, tunc gerant,
Carere fructu caeca festinatio,
Et crudus impetus solet.

B

*Obstatq; rebus ferbor: at negotia |
Matura falli non queunt.*

**Cuno Siebrandt Civis & Senator
Reipublicæ Rostochiensis. |**

Anagramma

**Non cares honestis curis & actioni-
bus, ideo Urbi rite places.**

Constanter illud fortis arbitria melos,
Sibrande, de te nascitur:

Quod non solutus sis honestioribus

Curis, quod, inquam, perpeti

Labore totus occupere; maximum

Urbis favorem possidens.

O vibe felix! Et precor, dulcissimam

Olim quietem sentias!

**Joachimus Schvartzkopf, |
Civis & Senator.**

Anagramma. z. p. ts.

**Hic optimus cunctis horis
causæ fautor est.**

Par magnitudo pectoris præconium,
Schvartzkopfiani postulat.

Qui felle nullo, melle multo perlitus,

Comis, facetus, integer,

Seberit a tem juris humanissimæ

Bemgnitate temperat.

Hinc

Hinc jurè causa fautor audit optimus,
Quousq; ducit aquitas :
Contra malorum persecutor, & rei
Juratus hostis improba,
Dignam profectò rem. Nequit dici bonus,
Quicumq; commivet malis.
Fustus vir odit facta delinquentium,
Culpasq; detestabiles.
Oportet ut sit dissolutus ac hebes,
Qui facile parcat fontibus ;
Cujus remotà frons severitudine,
Blanditur & fabet reis ;
Sub quo latroni, furibus, sicario,
Impunè, quæ libent, licent.
Sed ut nefanda commoveri criminis
Indignitate convenit :
Sic rursus intra limites modestiæ
Decet maxere judicem.
Ut nôrit aequi postulationibus
Loco favere quolibet,
Lex temperata laude non caret sua
Quam juris elevat rigor.

Joachimus Schvvartzkopfius, Civis
& Senator Rostochiensis.

Anagramma

Hic, hic, nimis ovâr, ceu virtutis ac
honoris possessor factus est.

Virtutis ante ; max honoris incliti
Possessor iste factus est.

B 7

Ve.

Veramq; nobis ad decus verum suo
Præbit exemplo viam.
Virtute crescit ac paratur gloria.
Indignus est præconio,
Qui se proborum miscet albo cætui
Turpis, profanus degener,
Expers honesti, frugis & carens bonæ,
Lingua vir, ingenio puer.

Valentinus Strelenius, Civis &
Senator Rostochiensis.

Anagramma.

Tu insons, utilis es; hinc jure in-
ter Senatores locatus es,

PAuca quidem laudū damus argumenta tuarū
Streleni, Patria pulcher ocella tua,
Flos populi, Themidos non ultima gloria sancta,
Conscriptos inter lucida gemma Patres;
Sed tamen hæc eadem, si quis rem judicet aequè,
Sunt & prolaxis anteferenda legis.
Alterutrum spectes horum, qua dico; videbis,
Quod quamvis magna molis adæquet epos.
Insons es? nullā vitii te mole gravari,
Omnis & expertem criminis esse, decet.
Utilis es? Virtute decet te qualibet auctum,
Exsortemq; boni nullius, esse virum.
Nam non est insons, quem fœda sarcina culpæ,
Quem grave noxarum pondus omnisq; premit.

Cui

Cui tacitum pulsant commissa piacula pectus,
Semper Et oculus viscera vermis edit.
Quiq; domi facinus, legem, cum iudice, testem,
Auctorem, poenam, carnificemq; fovet.
Multi candoris, multi a probitatis oportet
Sit, quisquis titulos hac ratione meret.
Sic è diverso nequit utilis ille vocari,
In cuius virtus pectore nulla sedet:
Sed qui multiplici se nobilitabit honesto;
A quo dos animi nulla virilis abest.
Ergo vides qui sis, Et quo dignentur honore
Candida sortilega te monumenta Dea.
Non possunt isthac de te praconia falli.
Est tibi cor fictum de meliore luto.
Quae non immerito res deposcebat, ut esset
Sexta Senatorum credit a sella tibi.

Christophorus - Bernhardus Schraderus,
Civis & Senator Rostochiensis,

Anagramma

Hic spe Christo insertus, Urbis charus He-
ros, Artis decor, honorandus est,

Dignus Valenti se comes Strelenio
Schraderus infert, da locum,
Beata sedes Curialium Patrum,
Tuumq; lumen excipe.
Favete Musae, dum pio tantum Virum
Cultu, metrisq; prosequor.

HIC

Hic spe moveri nesciã salutis est
Inferus auctori suã,
Tonnens caducam transitoria, lebis,
Vanãq; laudis gloriam;
Non acquiescens in bonis mortalibus.
Superna semper cogitans.
Cui debet hoc, quam litteris, quas sedulò
Primis ab annis imbibit?
Ha prestiterunt; ut suum cor unice
Christo dicaret; à suis
Ut aestimetur Civibus quam plurimi,
Et charus Heros audiat;
Ut nominetur artis inclitum decus
Ac litteratorum pater.

Jacobus Lemmichius, Civis &
Senator Rostochiensis.

Anagramma.

Hic justii obler vantissimus homo,
in eo sic clarescet.

Justitiã nihil est in vita pulchrius. Omnis
Virtutis hac est regula.
Crimen habet, si forsan ab hac deliret amissi,
Quamvis celebris actio.
Nil pretio dignum, nil commendabile terris,
Hac exulante, linquitur.
Justitiã numen fons est & causa suprema
Felicitatis ac boni.

Quam

Quam quicumq; colit tranquilla munera vita,
Et spem salutis possidet,
Non igitur sterilem campum decurrit honoris,
Lumen ROSÆ, Lemmichius.
Qui iusti vir est obseruantissimus, acer
Hostis malorum criminum;
Astræ ambe sequens, desistere nescit in ullum,
A calle recto stramitem,
Hac virtute docui pariet sibi grande, suisq;
Clarescet olim posteris;
Nec super orbe sui splendorem nominis unquam
Oblitterari sentiet.

Marcus Lufchovvius, Civis &
Senator Rostochiensis.

Anagramma.

Tu Consultissime Vir, sociis cha-
rus, honore auctus es.

○ Qui verendi, ceteris cum Patribus,
Fasces honoris iustines,
Cadesq; ne, tot inter ætus Patriæ
Periclitentur commoda;
Dum sevit ultor temporis tyrannici
Et hinc, & illinc, impetus.
Et entheata turba Bellonæ furit,
Armisq; cuncta personant;
Dum Civitates pacis amplexu frui
Gradibus atrox non sinit;

Scd

*Sed regna turbat. nobiles Provincias
Ciet nefando turbine,
Qui te Senatu non ineptum mascula
Virtute, Luschobi, probas,
Contentus esto farre pauxillo tui
Clientis, & salsa molâ.
Sat dives est laus, quod Senatoris boni
Honore clarus splendeas,
Et univèrsa Cibiūm te plebs colat,
Amentq; Collega tui.*

Hieronymus Coccius, Civis &
Senator Rostochiensis.

Anagramma.

*Isthoc jam honore crescis, in
eo virtutis conscius es.*

N*Ec te silebo, Vir ad exemplum probe,
Comis, benigne, sobrie,
Fidelitate qui tua non infimum,
InCuria meres locum.
Sincera mens, & pura vita prastitit,
Ut ex jacenti pulvere
Ad altiora sublevaris verticem,
Supraq; vulgus surgeres.
Sic jure Patres inter augustos tibi
Bis quinta sedes obtigit.
Nam juris equi regulam servas, & es
Virtutis alma conscius.*

Cel-

Bellè profectò. Nulla certior datur
Honoris ad culmen via,
Quàm si quis arctum vela pandat ardua
Virtutis intra limitem.
VIRTUS HONORIS adibus, Quiritium
Vult more prisco jungier.
Ut nemo templum possit HOC introgredi,
Nisi per ILLUD transeat.

Joannes Westenhusius, Civis &
Senator Rostochiensis.

Anagramma.

Iuste vivis; hinc nactus es, sen-
sitve Senatorios honores.

INgratus essem, ni pari conamine
Te, Westenhusi, dicerem,
Quem non in imo collocarunt caelites
Honoris & fama gradu.
Tu nactus es, quem, sorte contentus tua,
Non ambiebas ordinem,
Et dignitatis compos, ejusdem, Viris
Adscriptus es prioribus.
Te nempe dotes elevarunt huc tua,
Quae te coronant affatim.
Te justa vita, te decens integritas
Ad culmen istud sustulit.
Orara dona, quae nostro seculo
Parcissimè se proferunt.

-Tot

Tot architectos est per orbem cernere,
Tot officinas, criminum;
Ut pene possit mortuis virtutibus
Lectus parari funebris,
Et tale poni carmen: HIC VIRTUS JACET
OPPRESSA VI MORTALIUM.

Hieronymus Rossius, Civis &
Senator Rostochiensis.

Anagramma.

Iste hinc in nostris Rossis, scio,
firaves honores meruit.

O Rdo requirit, ut pari nunc prosequar
Devotione Rossum,

Virum nec artis litterarie bonis,
Nec ceterarum dotium

Ullâ carentem laude. Cujus indolem,
Curam, fidem, prudentiam,

Ingrata ni vult esse dignis, cogitur
Depradicare, Civitas.

Cui gesta quæ sit hæc & hæc provincia
Munusq; paucis creditum,

Meridiana luce clariùs liquet,
Et est probatum civibus.

In quo venustas, candor, & modestia,
Fidesq; prisce seculi,

Benignitasq; gaudet hospitariet:
A quo probi nil exulat.

Et

Et hic Senatus promobet famam suā,
Ornatq; pulchre Curiam.
Hinc à nobentis premium sororibus
(Quod & meretur) accipit.

Joannes Petraeus, Civis &
Senator Rostochiensis.

Anagramma.

At nec tu sine isto honore ac
fertis es, ò sapiens Vir!

Nec tu latebis, nam latere te tua
Virtus, Petraee, non sinit:
Virtus coruscum proferens jubar sui
Lucemq; fundens uberem.
Non tu profanos plebis abjecte greges,
Humiq; fixa pectora:
Sed, æditerna laudis ingressus viam,
Magnos secutus es viros,
Quorum decoram, fronte, lingua, moribus,
Imaginem nunc exhibes,
Verèq; magni, par honore ceteris,
Exemplar ostentas Viri.
Humaniorum quippè tinctus auro
Scientiarum flumine,
Ac multiformi præditus prudentia,
Nil vile, nil vanum sapis.
Quapropter alma dignus audis Patriæ
Senator, & plebis pater.

Ac

*Acceptus Urbi, cui libet charus homo ;
Rebus gerendis utilis.
Si de futuris augurari quippiam
Eas Christianum non vetat ;
Sublimiorem dignitatis audeo
Spondere fortunam tibi.*

*Joachimus Meineke, Civis &
Senator Rostochianus.*

Anagramma.

*Ecce tu viros honestos, sine
crimine ac vitio, amas.*

*C*onjunctionis mater est aequalitas,
Amicitiaq; vinculum.
Gaudet pari par: & necessitudinem
Bonus bonorum non fugit.
Nullum flabellum, nullus aequè spiritus
Amoris ignem suscitatur ;
Ac sensus idem, nolle velle consonum,
Et indolis conformitas.
Hinc est, quòd usq; vir bonae frugis probus,
Malosq; nequam, diligit.
Et concolores sponte contubernium
Fovere gestiunt abes.
Non ergò refert te, Senatorum decus,
Prolixius describere.
Virtutis edunt testimonium tuae,
Tuosq; mores arguunt ;

Quorum

*Quorum decenti perfrui consortio
Gaudes absq. Namq. tu
Viros honestos, absq. labe criminis,
Cum talis ipse sis, amas.*

**Joannes Bolthenius, Civis
& Senator.**

ANAG.

**Næ tu satis boni honoris
luce enites.**

Ad te laboris coepa deolve meis
Te, Jæne, Civium decus,
Hac sorte macto, dignus edepol fores
Majore Musâ, qui puer
Musas colebas, & colis porrò senex,
Ac litteratorum fides
(Nam tinctus ipse litteris es) ordini.
Næ, Jæne, tu boni satis
Honoris amplâ luce clarus enites,
Studiq. sentis præmia,
Virtus perenni te beat præconio,
Et à tenebris vindicat.
Non totus atris tu senectæ dentibus
Æruginosa subjaces.
Majore vides parte. nullus est timor,
Ut possit atas posterum
Oblitterare nominis laudem tui,
Eam ambe quæsitam fides

ob-

*Oblivionis impie silentio
Dies suprema condere.*

Joannes Kleinschmit, Civis &
Senator Rostochiensis.

Anagramma.

Scilicet & tu jam honoris
Confors es hîc in Senatu!

PRudens, diserte, moribus gravissimis
Multum pelite, Kleinschmiti.
Subtextus esto nobili Patrum choro,
Quorum premens vestigia,
Virtutis arcem contigisti splendidam
Felice gressu, scilicet
Confors honoris in Senatu factus es,
Insertus ejus cœtui.
Nam dignus ista visus es provincia;
Ut qui virili pectore,
Gnarq; mente, non minus quam cœteri,
Prodesse posses Curia,
Et temperare naufragis in fluctibus,
Periclitantem cymbulam.
FACTUM BONUM! Non munus est tibi viro,
Sed tu datus vir muneri.



J. MAUR'

J. MAUTNERI P.

MANTISSA.

Continens

aliquot

ANAGRAMMATA

miscellanea,

&

EPIGRAMMATA

sententiosa.

In laudem,
JANI MAUTNERI PANONII,
Poete conterranei.

Multa licet condant plerique volumina vates,
Plus IANI exiguum continet artis opus.
Sive Anagramma aptum, seu cultū Epigramma requirīs,
MAUTNERI appositè præstat utrumque labor.

Alexander Hodikius,
Trentschin. Pann.

Quæ tantum Martem visa est coluisse severum
Hætenus, & Musas possiduisse novem,
Pannonia; ex multis Mautnerum protulit unum,
Qui specimen mitis præbeat ingenis;
Quæ peregrinos doceat, quod pectora nostri
Pannones à Musis non aliena gerant.
Ut taceam plures, quos proventu ubere gignit,
MENTIS amatores, Patria nostra, BONÆ;
Perspectū ex Mautnero olim, quo jure, Alemanni,
Barbariem nobis obijciatis, erit.

Sic vovet, quod & sperat de populari suo
Georgius Stranovius,
Pannonius.

Joannes Mautnerus.
Anagramma.

Tantum es nova Siren.

Tres habuisse ferunt Tyrrheni littoris oram
Sirenes, Quartam Baethica litora habent.

Petrus Mederus, Czud.
Saxo-Transsylv.

J. MAYTNERI, P.

ANAGRAMMATA

aliquot miscellanea.

GERMANUS

Anagramma.

Re magnus.

MArtis & Artus habet summã Germania laudẽ,
Omnis virtutis nobilis illa parens.
Hinc bene Germanum re magnum nomina dicunt,
Quem penes invenit gloria tanta locum.

Surgamne!

Bellorum vario Germania quassa tumultu,
Jam hix antiqui signa nitore habet.
Num surgam tandem? patrie proclamai alumnus,
Semina tot cernens und:q: disidy.

En surgam.

EN surgam tandem, Christo ductore triumphans,
Hoffibus & victis, læta trophæa feram.
Nunquam militibus victoria sub duce Christo
Defit; in hoc solo nomine victor ero.

Regnamus.

Germane quisquis legit hoc anagramma eo
hortis,
Si nequit, EST VERUM, dicere; dicat ERIT.

Cives

CIVES.

Anagramma dupl.

Scupiunt **V**ESCI terra pinguedine **C**IVES,
*Quisq; suas obeat cum pietate **V**ICES.*

Petrus Laurembergius, Philosophiæ &
Utriusq; Medicinæ Doctor, Poe-
tes publicus Professor.

*Anagramma, scriptum in Feste
Dibi **P**ETRI.*

Ego tibi Festum **P**ETRI prosperum à Deo
precor! **A**h salve Sol decusve Urbis
Populiq; Rostochiensis.

Mitto tibi votum, quanquã non quale mereris
*Sed quale tempus suggerit,
Permittuntq; vices, que me, velut agmine, cingunt
Laboris & molestia.*

*Ut mihi non fas sit verbosius edere carmen,
Majoribusq; copiis
Nobilis eloquii campos intrare patentes,
Tuasq; laudes dicere.*

*Forset an hæc aliã quondam pietate refundam,
Qua nunc coactus negligo.*

*Tu, quaso; vultu presens Anagramma sereno
Sumas, boniq; consulas.*

*Vibe diu felix, & mollibus utere fatiis,
Vir major omni gloria,*

*Perq; senis Pylii longissima secula Festum
Tui celebra Nominis.*

Jacobus Sebastianus Laurenber-
gius, Hamburgensis.

Anagr. dupl

Ah bene laboribus incumbis, Musas
& Jura aggressus.

Ergo multas res causasve in magnis
Urbibus habebis.

Magister Daniel Friderici, Islebiensis,
Cantor Rostochiensis Marianus.

Anagramma.

Sat bene chori nostri discrimina dirigis.
Seiren es; canis, ut, re, mi, fa, sol, la.

Aliud.

Magister Daniel Friderici, Islebiensis,
Cantor Rostochius.

Anagram.

Fideliter insolitas res geris, hinc jam
Cantoribus cordi es.

Canis, fides intendis: tali habitu melicos
errores corrigis.

His paucis tibi me commendo, magne sonorū
Arbiter ac melici dux & Apollo chorū.

Plura requirebat longè pulcherrima Virtus,
Cujus amore calenti pectoris ima tibi.

Tu tamen hac gratus, tanquam pietatis, amoris,
Et cultus, sumas, debita signa, mei.

C 3

Joachi-

Joachimus Boldebuchius, Greves
mülensis Megapolitanus.

Anagramma.

Tu, o gnare miles, sub duce Phoebō,
masculè Musis invigilas.

Chri^ophorus Sambachius, Neapolitanus

Anagramma.

Is Philosophicas artes, non ab usum, curat.

Noscitur ex canis dulcedine suavis aedon;
*Virtus ex verbis Sambachiana tribus.**

Gaudia summa, caput doctas efferre per artes,
Et sile purgatum pectus habere, putat.

Turpia nec sequitur ~~vana~~ deliria plebis,
Fallacisq; boni molle frequentat iter.

Quale & det passim, mundi carnisq; per omnes
Illecebras vulgi luxuriare pecus.

Quin potius fucō dum pascitur illud inani,
Seq; spei fumo prætersuntis alit;

Is Sophicas artes curat, non curat ab usum
Sperat & hinc verum, non aliunde decus.

**Alludo ad Symbolum ipsius, quod est,
Optimum ex literis gaudium.*

Andrea Ticherningius Boleslaviâ Silesius.

Anagr. dupl. Albo ejus inscript.

Insignes libellos divinae chartas versas.

Nectar labellis geris, sonis haud insuavis es

Accipe, quæis sese tibi frater amande vicissim
Obligat, eterno fœdere, nostrâ manibus

Gaudeo, rursus in hoc quod te jussore libello
Inter Amicorum nomina cara legar:
Plus tamē, inscriptus quod sim tibi cordis in ima.
Innumeris libris praevalet ille liber.

Bonaventura Weis, Erfurtenfis.

Anagr. in Album.

Tu sanè bonu Vir, niveus frater es.

Candidissime candidissimorum,
Weisi, delictum sacrae Minerbae,
Sic me Phoebus amet, nobisq; Musae
Et dulcis Venus, & venusta Pallas;
Ut fabi fabeo, fabebo semper
Illis, quos bona meus, apertus aure
Candor pectoris, ingeniq; fervens
Commendat studium, lebatq; caelo,
Et palanti bus ima claustra circum
Vulgi mobilis eximit caterbis.
In primis tibi. Namq; tu bonus vir,
Et frater niveus mihi fuisse,
Ex quo nos Charis auspiciat a junxit.
Non multis opus est rogare verbis
Nostrae symbolon indicemq; dextrae.
Parebo tibi non rogatus, huicq;
Phateucos aliquot, sed infictos,
Tantiò promtius inseram libello;
Quanto sum tibi certior sodalis.

AMICUS. Anagr.

UT Varias unit conformis MUSIC A chordas:
Sic homines varios unit AMICUS amor.

J. MAVTNERI, P.

EPIGRAMMATA

aliquot sententiosa.

1. Tutissima laus est, bona
Conscientia.

Conscia mens recti longè tutissima laus est,
Vilia ab externo gloria teste venit.

2. Laudes & maledicta non
sunt curanda.

NE cures nimium, quid de te quisq; loquatur;
Sis modò virtutis conscius ipse tuus.
Non te titillent auida praecona laudis,
Aut angant animum crimina vana tuum.
Nam sicut nequeunt multum maledicta nocere,
Sic prodesse nequit laus aliena tibi.
Non melior fies, quoties laudaberis ulli;
Nec peior, quoties te mala lingua premet.

3. Non est pudor interdum
alios consulere.

Rebus in ambiguis aliorum consule mentem,
Nec tibi de dubiis sit dubitare pudor.
Spernere iudicium quodvis prudentis amici
Dedecus est, hominum nullus ubiq; sapit.

4. Laborandum.

Semper agas aliquid, tractesq; negotia. Nemo
Ad laudes magnas absq; labore venit.

5. Qui

5. Qui servus est, patienter serviat; qui
liber, servitutem non affectet.

SI te mancipium fors & natura creabit,
Ne pigeat domini jura superba pati.
Si tamen es liber, noli te tradere turpi
Servitio, res est non levis, esse suum.

6. Mors non timenda.

NE metuas mortem. Moritur, dum vivit, obitque
Quotidie mortem, quisquis obire times.

7. Mors longâ poenâ mirior est.

Mortē, quâ longâ poenâ, prius elige, praestato
Quam pendere diu, te cecidisse semel.

8. Festinatio nimia rarò fructuosa,

NE properes nimium. Nam festinatio caca
Praeclarum facinus vix aliquando facit.

9. Mature quidvis agendum.

Non bene fit, quod fit citius, vel serius a quo.
Omnia mature sunt per agenda tibi.

10. Virtus, quæ vera nobilitas est,
non est hereditaria.

Non est virtutis, sed opum successio, frustra
Antiquos jaecat, qui male vivit, avos.

11. Praestat partâ, quam acceptâ,
nobilitate gloriari.

Nequicquam jaecant illi sua stemmata, quorū
Omnis ab antiquis gloria fluxit abis.

Illos fama manet, propriis virtutibus ingens
Qui peperere sibi, post genitūq; decus.

12 Amoc

12. Amor populi certissimum est bo-
ni Principis praesidium.

Ingremio populi sessum caput ille reponit,
Qui pius est regni aux, patriaeq, pater.
Non est ulla fide melior custodia. paucis
Arcibus, a populo quisquis amatur, eget.

13. Fortis miles, moritur potius,
quam fugit.

Crede mihi, non est cordati militis, hostem
Cum videt, in turpem vertere terga fugam.
Ignabi trepidant mortem. Vir strenuus ipsa
Morte malum pejus, dedecus esse putat.

14. Infirma est, emta mune-
ribus amicitia.

Fallax est, pretio corruptus amicus: Et emta
Muneribus nunquam sit diuturna fides.

15. Turpe lucrum damno pejus est.

Turpe lucrum quavis damnosius esse putat
Factura. ne te fascinet, aris amor.

16. Maxima victoris laus est, erga
victos clementia.

Sis placidus, victisq, momento parcere. si te
Scis hominem, vinci te quoq, posse puta.
Bestia, non dux est, oculos quicumq, feroces
Victorum misera pascere, cad. solet.

17. Nec nulli, nec omnibus parcendum.

Aque tam nulli, quam cunctis parcere, res est
Cruelis. medium jus Themis alma tenet.

19. Ibi

18. Ibi præcipua mansuetudinis laus est,
ubi causa iræ justissima.

Tunc sis mansuetus, quoties iustissima bilem.
Causa movet, fortem non decet ira virū.
In parvis levis est animi debilitio, quisquis
In magnis iram temperat, ille sapit.

19. Rex populo, non sibi, debet vivere.

Ille patrū patria nomen titulumq; meretur,
Quem non tam sua, quā publica, vota movent.
Non sibi, sed populo debet Rex vivere, Nam Rex
Est populi; sed non ipsius est populus.

20. Magis regium est dare
quā accipere.

Regis avaritia nihil est inhonestius, equam
Esse decet Regis munificamq; manum.
Esse munificus. Dare res est regia: contra
Plebejum quiddam, sumere dona, notat.

21. Deus otiosas preces non audit.

Otia sperne. Deus facientes audit, in auras
Nequitquam fugiunt, absq; labore, preces.

22. Non ex inchoatis, sed perfectis la-
boribus, oritur gloria.

Non te laus operis, non ulla corona sequetur
Ni tuus ad finem ferbeat usq; labor.
Nil altum credas, si quid tibi restat agendum.
Facta decus, quando perficiuntur, habent.

23. Qui in numerato non habet,
in pretio non est.

Nos

Non est in pretio, qui multos eris acerbos
Non habet, in pretio vis habe aris? babe.

Quæ penes est aurum, bona possidet omnia. Virtus
Quem penes est, hodie possidet ille nihil.

24. Omnis potestas auro subjacet.

Quælibet est mundi nummis subjecta potestas.
Quamlibet expugnant aurea tela manum

25. Plerumq; bonæ mentis comes
est paupertas.

Rarò quis ingenii potuit ditescere cura,
Musarumq; fere quisq; satelles eget.

Mercurius fatuis fabet, ast plerumq; videmus
Sorte bonas mentes asperiore premi.

26. Solamen est malorum patientia.

Omne malum sortis patienter ferre memento
Solamen crucis est non leve posse pati.


27. Cuiq; potest accidere, quod
cuiquam potest.

Cuiq; potest, quicquid potuit contingere cuiquã,
Sors hominum quævis est metuenda tibi.

28. Non potest queri de contemptu, qui
reliquos facile contemnit.


Qui cunctos homines naso suspendit, iniquus
Non putet, à cunctis si patiatur idem.

F I N I S.









Ad Dn. DAN
Superi
Janus erat bil
Hinc, Super


Ad Dn. PE
H
Not. Publ.
Qvem ma
Qvam mea
Qvod tibi con
Tu mea p

Laure
L Aurea qu
Vena Poetra

ANUM,
s hac or-
go.
men & o-
habes.

ISEN-
um.
ujus ma-
tem,
qui sibi
vee?
tui Soror
Patris:
nomina
foves.

nequeunt
Vates,
rtacaler.
Ergo



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.